

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 12. Virginitatis seruandæ caussa spontaneo vulnere denasatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

§. XII.

*Virginitatis seruandæ cauſſa, ſpontaneo vul-
nere denata.*

Scio, neminem eſſe fuorum membrorū dominum, neque confeſſum hominibus, vt ſeipſos mutilent, dominus eſt tamen membrorum noſtrorum Deus, qui condidit nos. Illius igitur authoritate atq; iuſtificiū multa fecerunt sancti miranda potiū quām imitanda. Inter quæ & iſtud eſt, ex quo perſpicuē cernimus, virtutis amantes pulchritudinem longè prætuliffe corporis venustati. Quod Deum feciſſe clarum eſt in exemplo S. Brigidæ, cui ipſe oculum ademit, ne virginitatis decus adiueretur. Quamquam etiam plures ſint, quæ peculiari Numinis impulſu, vt animæ ſeruarent integritatem, corpus deformati runt. S. Ebba (cuius mentionem facit Ve- Beda I. 43nerabilis Beda, vbi miranda deſcribit eius, hist. An-
quæ illi ſuccellit, Abbatissæ) Ethelfridi re- glor. c. 19, gis generosa filia, Antifitiam agebat in Collinghamensi cœnobio, ſollicitaq; erat admodum, ne vel ipſa, vel alia illi concreda ouicula contaminaretur. Probè enim ſciebat mores militum. Danis igitur ſe ſe in Angliam cum exercitu infundentibus,

necc

nec procul inde omnia vastantibus, totum
virginum suarum cœtum in vnum locum
conuocauit. Ibi eas huiuscemodi verbis est
allocuta_. Charissimæ sorores, & in Chri-
sto filiæ , haud ignoratis , in hoc regnum
nostrum sœuos & impios Gentiles, hostem
crudelem irrupisse ; qui omnia peruadit,
neque mortalium ylli parcit; non immunes
sunt ab eius tyrannide mulieres , non tuti
infantes ; loca sacra æque ac profana con-
temerat ; neque templorum , neque homi-
num Deo dicatorum vllam habet ratione.
Ædes pariter ac virgines sanctas violat_.
Denique quidquid offendit , perdit. Peri-
culum audistis , etiam præsidium accipite.
Si enim meo consilio vultis auscultare, spe-
ro, penitusq; confido vos mecum, diuina
adiuuante gratia , tyrannidem nobis im-
minentem euasuras, virginitatemq; , quā
Deo vouistis, æternūm conseruaturas. Fa-
cile consenserunt omnes , quod iam dudu
statuerant. Cùm itaque vna voce respon-
dissent , se consilium & exemplum illius
secuturas, Abbatissa prima , in conspectu
omninium nouaculam arripuit , & quasi
de Mutij Scæuolæ gente esset, ipsa sibi na-
sum à summo , vnà cum superiore labro
absci-

abscidit, dentesq; fœdum in modum retexit. Hoc exemplum ceteræ omnes imitæ, se ipsas pariter denasauerunt. Erat tunc miserabilis & verè monstrosus earum asperitus; qui superuenientes hostes ita deterruit, ut nullam omnium cuperent attaminare. Quas igitur venerant violatas occisuri, intactas, in suaue Numinis holocaustum vnâ cum monasterio concremârunt, ipsi naso suspensi, quia nimium nasuti prædam malè odorati fuerunt. Horrentur alioqui monstra, has sine naribus ac labris virgines monstrosas factas, Deus tanto magis amauit, tamquam ipsa monstrositate decoratas.

§. X III.

*Linguam potius quam virginitatem amittens
martyr.*

Ad hanc classem pertinet Ascetes ille, qui castitatem & virtutes alias p[ro]i[ect]is studijs se-
dulò meditans equali decertauit agone. Is cùm expugnari omnino non potuisse, nullamq[ue] ad-
uersarijs vincendi spem reliquisset, post innu-
mera tormenta, in lecto vinculis ligatus reponi-
tur: & mulier impudica ad eum immittitur,
qua illum complectens, exosculans, manusq[ue]
perulanter ad membra secreta adhibens, pro-

Niceph[orus]
l. 2. histo.
Eccl. 6. 13.

B b sacissimè